



~~11-58~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
11-58
SIGNAT. clvccccxiii.



ANIMÆ IMMORTALITAS

in,
ATHEO PECCATORE

declarata,
COMICO - tragoedia

DEDICATA

Reverendissimo ac Perillustri Domino,

D^o. NICOLAO TROILO

de & in Lest, Jeutrix, Steinis, Markersdorff, Jansdorff, Dolfsdorff & Hierfsdorff, &c. Sedis Apostolicæ Prælati Domestici, Cathedralis Ecclesiæ VVratislaviensis Decano. Collegiæ ad S. Crucem ibidem, & Glogoviæ majoris Scholastico. Sacri Imperialis Palatii Comiti. S. C. Mttis Consiliario &c. cujus

munificentia & liberalitate præmia diligentia ac

Eruditionis distribuentur Studiofis

Gymnasij societatis Jesu

VVratislaviæ.

EXHIBENDA
Ab ejusdem Gymnasij Artium liberalium

Studiofâ Juventute in Burgo Cæsareo.

A. 1639. Octob:

VRATISLAVIÆ, Typis GEORGI BALMANNI.



Argumentum.

A Theus Peccator, Fulvii nomine designatus, in tantâ opinionum varietate dubius quam debeat amplecti; totus in vitæ voluptates & divitias effusus, divino cultu penitus contempto, prolabitur in Atheismum, ut nec Deum, nec animam immortalem esse credat. ergo, dum convivium amicis paraturus, fortuito cranium in viâ reperit; istud per ludibrium ad cœnam cum alijs invitat. Quam temeritatem Deus immisso spectro punit; quod epulis intervenit, & miserum miserè peremptum, in æternos cruciatus iusto Dei iudicio demergit.

Qua parabolâ, sen verâ potius historiâ (ut scriptoribus fide dignis placet) docentur omnes, peccatorem Hominem in Voluptates ac divitias nimium effusum, nonnumquam eò miserè prolabi, ut Deo & salute animæ contemptis, in profundum scelerum demersus, hanc vitæ mortalitatem, æternâ & luctuosâ immortalitate claudat, horrendo posteris argumento, quam verum illud sit divini spiritus effatum: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Job. 21. v. 13.

PROLOGUS

PROLOGUS.

Contentum Comico-tragoediae per umbras mortuorum Musico concentu declaratur.

ACTUS I.

FULVIUS PERPLEXUS

Scena Ia.

Discordia & Diabolus Mundum in quatuor partes dividunt, quarum unam Idololatriæ; alteram Mahumetismo; tertiam Atheismo; ultimam & minimam Christo relinquant. Conjurant inter se contra Christianos, juxta illud Jerem. 4. v. 20. *venite & disperdamus eos de gente. & congregamini. & venite contra eum & consurgamus in praelium.* Jerem: 49. v. 14.

Scena. 2.

Fulvius perplexus quem vitæ statum debeat amplecti, fluctuat, quasi mare fervens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus ejus in conculcationem & lutum. Jerem: 5. v. 20.

Scena 3.

ATheismus Mundum & Voluptatem eorumque socios vocat in auxilium, & rogat ut in occupando Fulvio se adjuvent, eumque dei immemorem efficiant. Sed Fulvius adhuc secutus Rationis ductum omnibus resistit, nam *qui agunt omnia cum consilio reguntur sapienter.* Prov. 13. v. 10.

Scena 4.

ATheismus consilium inquit cum Voluptate & partibus inferioribus animæ, hoc est, Concupiscentiâ, Timore, Odio &c. deliberatur quomodo capi possit Fulvius sta-

A 2

tuitur

tuitur ut quinque; Sensus à Voluptate pelliciantur, & Ratio quoquo modo captivetur. Eligitur fraus quæ Rationem in laqueos inducat; *multa enim sunt insidia dolosi.* Eccl. II. v. 31.

CHORUS.

SEX Genij varijs symbolis vanitatem ostendunt Voluptatis; in quâ sectandâ, hominum insaniam irridet Democritus, *Hominum enim vana sunt opera & risu digna.* Jerem: 51. v. 18. Deplorat Heraclitus Ecclesiastico consentiens c. 22. v. 10. *Supra fatuum plora, deficit enim sensus.*

ACTUS 2^o.

FULVIUS PECCATOR

Scena I^a.

VOLUPTAS quinque, sensus illectos delicijs, irretit; quos cum conatur liberare Ratio etiam ipsa à Fraude & Simulatione captivatur. juxta illud: *pacem loquitur & occultè ei ponit insidias.* Jerem: 9. v. 8.

Scena. 2^a.

FULVIUM dubitantem Voluptas tentat; negat ille se quidquam incouultâ Ratione posse agere. Vocatur ergo Ratio; sed prodit Fraus in veste Rationis; quæ Voluptati condescendit, & Fulvium ad ei obediendum adducit. *Fraudulenti vasa pessima sunt, ipse enim cogitationes concinnavit, ad perpendos mites in sermone.* Isa: 32. v. 7.

Scena. 3^a.

FAMULUS Fulvij ejusdem genium secutus, se Voluptati tradit, juxta illud: *nonne melius est comedere & bibere, & ostendere anima sua bona de laboribus?* Eccl. 2. v. 24.

Scena

Scena. 4^a.
ATheismus Fulvium voluptatibus involutum docet, nul-
lam fidem, deum nullum, ac animam mortalem esse,
cui consentit Fulvius, & in Atheismum transit. *dixit enim*
insipiens in corde suo, non est Deus. Psal: 13. v. 1.

CHORUS.
ATheismus & Voluptas vincula & catenas cudi impe-
rant, quibus Fulvium jam victum ligent: *unâ enim cate-*
nâ tenebrarum impij sunt colligati. Sap: 17. v. 18.

ACTUS. 3^o. FULVIUS ADMONITUS.

Scena. 1^a.
Angelus Tutelaris & Conscientia Fulvium reducere co-
nantur ad meliorem frugem; nam *impius quasi gladio*
pungitur conscientia. Prov: 12. v. 18. Sed repugnantem a-
lijs modis aggredi constituunt.

Scena. 2^a.
Fulvio dormienti Angelus Tutelaris varia Somnia obij-
cit è domo Morphei petita, quibus & mundi vanita-
tem explicat, & dormientem terret. juxta illud: *terrebus me*
per somnia & per visiones horrore concuties. Job. 7. v. 14. So-
mniat ergo se esse Regem, venari, saltare, pugnare &c:
quibus humana vanitas varijs symbolis confirmata, decla-
ratur: nam *velut somnium avolans non invenietur, transiet sicut*
visio nocturna. Job: 20. v. 8.

Scena. 3^a.
Producuntur in eundem finem quatuor Hominis Novif-
sima cum Æternitate, quæ sententiam suam singula
A 3 pronua-

pronuntiant, & futuram rerum veritatem explicant, videlicet: *memorare novissima tua, & in aeternum non peccabis.* Eccl. 7. v. 40.

Scena. 4^a.

Fulvium perterritum Voluptas divitijs, quæ ab opulentia appertantur, in deteriora rursus abstrahit. *vadam,* inquit, *& affluam divitijs & fruor bonis.* Eccl. 2. v. 1. *cuine-* quid quam quatuor Novissima repugnant.

Scena. 5^a.

Fulvius Conscientiæ & bonis Angeli inspirationibus reluctatur, & in præceptis abit. *Impius enim cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Prov. 18. v. 3.

CHORUS.

Justitia divina Impij exitum præfagit ac deplorat. *quia Impijs & peccatoribus reddit vindictam.* Eccl. 12. v. 4.

ACTUS 4^o.
FULVIUS OBSTINATUS.

Scena I^a.

Fulvius omnibus anxietatibus excussis explodit immortalitatem animæ apud amicos ad meliora eum adhortantes, juxta illam vocem impij: *quis est omnipotens ut serviamus ei? & quid nobis prodest, si oraverimus eum?* Job. 21. v. 15. *nam unus est interitus hominum & immentorum, & æqua utriusq; conditio.* Eccl. 3. v. 19. Convivium curat instrui & repletum in viâ hominis defuncti cranium, ad coenam cum cæteris hospitibus invitat.

Scena

Scena 2^a.

VIndicta divina Fulvio poenam ob irrisum cranium minatur & parat. *Scimus enim qui dixit; mihi vindictam & ego retribuam.* Hebr. 10. v. 30.

Scena 3^a.

COci varij se ad convivium parandum disponunt. Sed *noli esse in conviviis peccatorum, nec in comotationibus eorum, quia vacantes potibus & dantes symbola consumentur.* Prov. 23. v. 20.

Scena 4^a.

Conveniunt mortui & Mortis potentiam exercent, varios morti adjudicando diversi status homines, nam *psal: 88. v. 49. quis est homo qui vivet, & non videbit mortem? ubi constituta est domus omni viventi.* Job. 30. v. 23. Accedit Vindicta divina, quæ de injuria mortuo a Fulvio factâ conqueritur, & ut se vindicet illorum unus, imperat.

CHORUS.

EPicuri Genii ad lætitiâ hortantur spectatores, expositâ brevitate vitæ, in quâ lætandum. juxta illud: *venite ergo & fruamur bonis quæ sunt &c.* Sap. 2. v. 6.

ACTUS 5^o.

FULVIUS PUNITUS.

Scena 1^a.

Coenantibus Fulvio, & socijs, spectrum ingreditur, quod accumbit cum illis, ac demum etiam cum Fulvio decumbit: cui nocte profugere volenti, cervicem obtorquet. *ita nempe ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Job 21. v. 13.

Scena

Scena 2^a.

Amici & Domestici spectatum veniunt, quid de Fulvio
fit factum; quem reperiunt horrendè trucidatum. ita
videlicet: *perijt impius & nomen eorum delesti in aeternum. Psal: 9.
v. 6.*

Scena 3^a.

Conscientia & Diabolus animam Fulvij ad iudicium di-
vinum pertrahunt. *cuncta, enim, quae sunt adducet Deus
in iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum illud sit. Eccl.
12. v. 14.*

Scena 4^a.

Fulvij cadaver in sandapilâ effertur, quem viri nobiles
& amici deplorant. *Sederunt impij decedentes sine honore
in contumeliam inter mortuos in perpetuum, & memoria eorum peri-
bit. Sap: 4. v. 19.*

Scena 5^a.

Colloquium inter animam & Cadaver instituitur, ac
damnationis suae causam sibi invicem improperant.
Sed in Inferno, non est accusatio. Eccl. 41. v. 7.

Scena 6^a.

Anima damnata suam infelicitatem luget. quia *vermis
eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur. Isa:
66. v. 24.*

Epilogus.

Justitia Divina spectatores ad vitam rectè instituendam
exhortatur. *Utinam saperent & intelligerent ac novissima pro-
viderent! Deutr: 32. v. 29.*

Distributio



Distributio Præmiorum.

NOMINA ACTORUM.

Umbræ.

1. D. Simon Lydicius Regio montanus Pruthenus. Theologiæ moralis ac Controversiarum Auditor
2. Elias Schvvenck Krupnensis Bohemus Poëta.
3. Andreas Nigrinus Lublicensis Silesius Syntaxista.

Prologus.

Albertus Helvvig Vratislaviensis Nobilis Silesius Rethor.

Discordia.

Sigismundus Schaplovius Glogovienfis Silesius. Syntaxista.

Diabolus.

Joannes Repentinus Craſtonienfis Silesius Poëta.

Mahumetismus.

Christophorus V Valter Leovallenfis Silesius Syntaxista.

Idololatria.

Zacharias Melfer Reichenbachenfis Rhetor.

Atheismus.

Carolus Sixtus Printz nobilis à Buchau Silesius. Rethor.

Asia.

Caspar Merker V Vratislav: Silesius Grammaticus.

Ephœbi.

Valentinus Banderman Hirschbergenfis Silesius. Rudimentarius.

Leopoldus Erb ab Erenburch. Vratislaviensis Nobilis. Rudimentarius

Henricus Tûrck nobilis Silesius Vratislaviensis Rudimentarius.

Africa.

Ferdinandus Ernest: Schaplovius Chrissoviensis. Silesius. Grammaticus.

Ephœbi.

Georg: Ernest: Glas. Siles. V Vratisl. Rudimentarius.

Augustinus Zeisberger Siles. Vratisl: Rudimentarius.

Joannes Jacobus Siles: V Vratisl: Rudimentarius.

Europa.

Joan: Chrylostomus Betner Vratislav: Silesius Nobilis. Syntaxista.

Ephœbi.

Christianus Betner Vratisl: nobilis Silesius Rudimentarius.

Zacharias Freidenreych Viennensis Austriacus Rudimentarius.

Caspar Hobner V Vratisl: Siles: Rudimentarius.

America.

Caspar Rotte Freystadienfis Silesius Principista.

Ephœbi.

Martin: Coblicius Silesi: Oppol: Rudimentarius. Joan:



Joan: Georg: Alter Vratisl: Nobil:
Siles: Rudimentarius.

Valentinus Pfistner Glacensis, Ru-
mentarius,

Fulvius.

D. Christianus Lyfigangus Mar-
chicus Theologiae Moralis &
Controversiarum Auditor.

Famulus.

Adamus Tabernatoris Oppoliens:
Siles: Poeta.

Voluptas.

Ferdinand: Ernest: Erb ab Ehren-
burg Nobilis Glacensis, Gram-
maticus.

Mundus.

Fridericus Seyberlich Vratisl: Si-
les: Princip:

Ratio.

Leopoldus Printz Silesius Nobilis
a Buchau Grammaticus.

V. Sensus.

Visus. Joan: Coblicius Oppoliens:
Siles: Princip:

Auditus. August: Gaffron Vratisl:
Siles: Rudimentarius.

Gustus. Christian: Tunckel Mora-
vus Principista.

Tactus. Christian: Binner Vratisl:
Siles: Rudimentarius.

Odoratus. Carolus Erb ab Ehren-
burch Nobilis Silesius Vratislav:
Rudimentarius.

Jocus.

Christianus Bora Vratislav: Siles:
Grammaticus.

Fraus.

Franciscus VViersich Oppol: Siles:
Principista.

Simulatio.

VVenzeslaus Faber Bundorffensis
Silesius.

Concupiscentia.

Godefridus Keller Cantensis Siles:
Princip:

Odium.

Jeremias Rolke Oppol: Siles: Prin-
cipista.

Amor.

Georgius Hospes Cilcensis Siles:
Principista.

Desiderium.

Joannes Gutman Betonicens: Siles:
Grammaticus.

Timor.

Daniel VVlock Oppol: Siles:
Princip:

Democritus & Heraclitus

Joannes Repentinus. Zacharias
Melfer.

Genij.

Leopoldus Erb ab Ehrenburg No-
bilis Silesius.

Martinus Coblicius. Oppol: Siles:
Joannes Georg: Alter Nobil: Siles:

Joannes Pfistner Glacensis.
Augustinus Zeyfberger Vratisl:
Siles:

Joannes Jacobus Vratisl: Silesius
omnes Infimistæ.

Curiositas.

Curiositas.

Daniel Türck Vratislav: Nobilis:
Siles:

Salii, Fabri, Chori.

Augustinus Herder Vratisl: Silesi-
us. Principista.

Joannes Goffran Vratisl: Siles:
Principista.

Martinus Jaskoulski Polonus No-
bilis Princip:

David Hoffrieter Silesius Vratisl:
Grammaticus.

Joannes Seydel Silesius Zobot:
Grammaticus.

Joannes Christoph: Bitner Boles-
lav: Silesius.

Carolus Leisentrit à Julio montano
Nobilis Grammaticus.

Joannes à Clausnitz Milev: Nob:
Grammaticus.

Bonaventura Tymienikey Nobilis
Princip:

Joannes Rosentrit Siles: Patf-
chov: Grammaticus.

Joannes Schike Sil: Vratisl: Prin:
Gregorius Longus Sil. Vratislav:
Principista.

Wilhelmus Visner Sil. Vratislav:
Paru:

Opulentia.

Leopoldus Printz Nobilis à Bu-
chau Siles:

Combibones.

D. Georg: Steyner Nyssens: Siles:
Theologiæ moralis & Contro-
versiarum Auditor.

D. Simon Lydicius. Elias
Schvvenck.

Caupo. Gregorius Czielskovvitz
Lublic: Siles: Poëta

Alastor. Joan: Svvanndelius Oppol:
Grammaticus.

Angelus Custos.

Valerianus VVilezinski nobilis Po-
lonus à Bliczitz Syntaxista.

Conscientia.

Albertus Helvvig Vratisl: Nobilis
Silesius. Rethor.

Morpheus.

Adam Tabernatoris Oppol: Sile-
sius Poëta.

Quatuor Novissima.

Mors. Joannes Repentinus. Poeta.
Judicium. Carolus Printz. Rhetor.

Infernus. Christoph: VValter Syn-
taxista.

Cœlestis Gloria. Joannes Temie-
niczhi nobilis Polonus. Synta-
xista.

Æternitas. Henricus Kremer Lu-
bensis Silesius. Grammaticus.

Justitia Divina.

Carolus Printz Nobilis à Puchau
Siles: Rhetor.

Nobiles & Aulici.

D. Joan: Chrysofomus Printz Si-
lesius Nobilis à Puchau. Rhetor.

D. Georgius Steyner ut supra.

D. Simon Lydicius ut supra.

D. Joannes Krautvvalt Nyssens:
Siles: Theolog: moral: & Con-
troversiarum Auditor.

Maximilianus Aulicus Vratislav:
Silesius Syntaxista.

Joannes

Joannes Skronski Nobilis Silesius.
Syntaxista.

Coci.

Adamus Tabernatoris. Gregorius
Czeskovvitz.

D. Georgius Steyner.

Augustinus Martin Vratislav : Si-
lesius.

Melchior Fromer Vratisl : Silesius
Syntaxista.

Archimagirus.

Michael Dittfeldt Vratisl : Silesius.
Poëta.

Oeconomus.

Zacharias Meltser Reichenba-
chenfis Siles : Rhetor.

Mors.

1. Joannes Repentinus.
2. Elias Schvvencke.
3. Andreas Nigrinus.

4. Godefrid : Kail. Vratislav : Si-
les : Rhetor.

5. D. Simon Lydficius.

Rex. Guilielmus Bartsch Vratisl :
Siles : Poëta.

Senex. Michael Dittfelt. Poëta.

Juvenis. Matthæus Bunc Vratislav :
Silesius Syntaxista.

Miles. Christophorus Stanetius.
Rosenbergensis Siles : Poëta.

Cadaver.

Christophorus Stanetius. Poëta.

Anima.

Franciscus Bircke Vratisl : Silesius
Principista.


Epilogus.

Carolus Printz nobilis a Puchavv.

Valerianus VVilezinski Nobilis
Polonus.

Joannes Timenczki Nobilis Po-
lonus.

Ad majorem Dei Gloriam.



Ung. VI 58 (10)

ULB Halle 3
002 686 287




Sb,

VD 17
Sep. 2000 Pd.







62

ORTALITAS

ATORE

edia

stri Domino,

TROILO

inif, Markers-
& Hierfsdorff, &c.
co, Cathedralis Eccle-
llegiatæ ad S. Crucem
plastico. Sacri Imperi-
Confiliario &c. ejus
æmia diligentia ac
ur Studiosif
is Jefu
æ.

DA

tium liberalium

go Cafareo.

ob:

ORGI BAUMANNI.

